



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

8. De Dilationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

procuratorem, vt per Tiraquel. *ad leges conu. gloss. 6. num. 3. quem refert Gonzal. ad reg. 7. Cancel. gloss. 48. num. 41.*

³ Et lite coram nobis, &c.] Ergo iuramentum calumnie lite contestata est praestandum Ordin. Reg. Lusitan. lib. 3. tit. 43. in princ. & apud Castellanos l. fin. tit. 10. & l. 23. tit. 11. p. 3. Stephan. de privileg. iuram. priuileg. 12. n. 2. Marant. de ordine iudic. p. 6. ad 2. iudicia partem. n. 1. Anton. del Rè in tract. huius tit. c. 1. num. 19. intellige de vera litis contestatione, ex Gama Lusit. decis. 147. num. 3. Et sufficit fieri incontinenti parum post illam Camil. Borrel. in summa omnium decisionum, tit. 51. n. 14. nam dicitur fieri in tempore, quod fit parum post tempus, l. lecta, ff. si certum petatur, Tiraq. de retractu conuent. §. 1. gloss. 5. m. 2. Colet. Germ. dec. 117. num. 1.

⁴ In gloss. Per procuratorem, ibi, nunquid potest petere tempus ad deliberandum super eo de quo interrogatur, &c. Notatur ad hoc quod pars iurare debens de calumnia potest petere tempus ad deliberandum, quando est dubius, vel incertus de facto super quo interrogatur, vt per Mench. v. f. f. reg. c. 25. ad fin. dat. Guttier. practice. lib. 1. quæst. 59. à princ. vbi tenet hoc procedere quando pars non potest esse instructa, vel factum de quo interrogatur, esset antiquum, vel intricatum.

⁵ In gloss. Interrogationibus, ibi, an possideat rem, qua petitur ab eo, &c.] Notatur ad hoc quod si reus fuerit per actorem interrogatus an rem petitam possideret necne, & neget possidere, si postea conuincatur de mendacio, possessione priuatur, vt per Roland. cons. 38. num. 10. volum. 4. Anton. Gabr. tom. 3. communium opinion. tit. de acquirenda possess. conclus. vnic. num. 33. pag. 275.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus litigans per se ipsum iurat de calumnia sine Papa licentia, si vero per syndicum litigat, per illum poterit iurare, & n. 2.
- 3 Clerici in sacris constituti ex obseruantia indubitata non iurant tactis Scripturis, sed tacto pectore.
- 4 Iuramentum calumnie sine causa subire recusans cadit ab instituta actione, intellige per sententiam, num. 5.
- 6 Tutoris, seu curatoris contumacia in non iurando de calumnia praeiudicat pupillo, & adulto.

CAP. Cùm in causa. VIII. & vlt.

Gregor. IX.

¹ Episcopus in causa pecuniaria si per se litigare vult debet per se iurare propositis, & non tactis Euangelis, si per procuratorem, per eundem poterit iurare de calumnia. Colligunt ex Ordin. Abbantiq. Collect. Zabari. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Hof. Bald. Panorm. Anchar. Mar. Socin. Butr. Barbat. Cujac. Viu. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 62. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 222. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2.

² Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Castill. ad l. 67. Tauris. gloss. Iglefia, col. 2. post med. vers. in contrarium, quod quidem calumnie iuramentum hodie sine licentia Papæ subire potest, ex Abb. in c. 1. n. 16. & 19. sup. hoc tit. resoluit Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico teste, §. 4. n. 10.

³ Propositis tantum, sed non tactis Euangelis.] Ex ob-
Tom. I.

seruantia indubitata omnes Ecclesiasticæ personæ, siue sint Cardinales, siue Episcopi, aut aliæ personæ in sacris constitutæ, non iurant tactis Euangelis, nec tactis Scripturis aliquibus, sed tacto pectore, Vestr. in pract. Ciuili, lib. 6. c. 3. n. 7. Ant. del Rè in tract. huius tit. c. 1. §. num. 351. & seq. quos refert Bellet. d. §. 4. num. 12.

§. Poena.

Probat hic §. actorem recusantem subire iuramentum calumnie sine causa cadere ab instituta actione, & reum haberi pro confesso, Ord. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 43. §. 2. in fine, Perez l. 1. gloss. 5. pag. 541. col. 2. tit. 4. lib. 3. Ordin. Mench. v. f. f. reg. cap. 25. num. 24. Anton. del Rè in tract. huius tit. c. 21. Camil. Borrel. in summa omnium decis. tit. 51. num. 29. Mendez à Castro in praxi saculari Lusit. lib. 3. c. 7. nam recusans quodlibet iuramentum, quod debebat deferre, habetur pro confesso, Cachetan. Pedem. decis. 111. n. 2. Matth. Coler. German. decis. 123. & seqq.

Cadat actione,] Intelligitur per sententiam, Ordin. Regia Lusit. vbi proxime, Mench. d. c. 25. n. 25. Anton. del Rè d. tract. c. 14. n. 3. & 4. vbi n. 167. cum seqq. an possit purgari mora, faciunt quæ Tiraq. in l. si unquam, verbo, reuertatur, n. 87. & 217. C. de renouandis donat.

Amplia in tutore, seu curatore, cuius contumacia in non iurando de calumnia præiudicat pupillo, & adulto, vt contra Specul. probat. Sigism. Seac. de iudic. lib. 3. c. 1. §. 2. n. 271. & num. 288. etiam resoluit quod contumacia syndici non iurantis de calumnia præiudicat Ecclesie.



De Dilationibus.

TIT. VIII.



VPER hanc rubr. scripserunt Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Bald. Panorm. Mar. Socin. Butr. Guillem. Durand. in breuiario aureo iur. Canon. fol. 52. Petr. de Rauenna in compend. iur. Canon. Martin. Mesnart. in epitome Decret. fol. 51. verso, Dan. Venator in analysi methodica iuris Pontif. à pag. 201. Goffred. & Hof. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in exposit. tit. iur. Canon. Zipæ. in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag. 126. nouissimè Ioan. Honor. lib. 2. summ. in Decret. omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 54. vbi parens meus, & apud Castellanos tit. 1 §. p. 3. vbi Gregor. Lop. & tit. 6 lib. 3. Ordin. vbi Perez Specul. in rub. de dilationib. Darman. in praxi Ciuili, c. 114. cum seqq. Marant. de ordine iudic. p. 6. tit. de dilation. Duen. reg. 200. Bauer. in sing. verbo, dilatio, Socin. reg. 126. Soar. Vezin. Graff. & alij tom. 1. communium opinion. lib. 3. tit. 9. Gabr. Roman. lib. 2. sentent. tit. de dilationib. Octavian. Vestr. in praxi, lib. 5. cap. 3. cum seqq. Rebuff. tom. 3. ad leges Gallia, tit. de dilationib. Menoch. de arbitrar. casu 52. & consil. 367. à num. 28. Cardin. Tusch. lit. D. concl. 436. cum seqq. Sigismund. Seacc. de iudic. lib. 2. cap. 3. & 4. Galganet. de iure publico, lig. 2. tit. 20. Mascard. de probation. concl. 516. Fulu. Pacian. eod. tract. lib. 1. cap. 32. Petr. Gregor. l. 1. 3. synagm.

Dilatio iuris, lib. 48. c. 8. Cat. Philip. p. 1. §. 16. sub tit. dilaciones, Camil. Borrel. in tract. de compromiss. §. 2. gloss. 2. n. 6. cum seqq. & in summa omnium decis. tit. 47. de dilacione. Cardos. in praxi iudicium, verbo, dilatio, Alexand. Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de dilacionib. Amat. Rodet. in praxi de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c. 7. n. 24. Mendez à Castro in praxi seculari Lusitan. lib. 3. c. 12.

S V M M A R I V M.

- 1 Terminus peremptorius si est nimis brevis in litibus, praesertim rerum Ecclesiasticarum, licet appellatur & appellatio tenet.
- 2 Grauius timor idem operatur, quod ipsum grauiamen.
- 3 Dilaciones sunt saepe naturae arbitrariae.
- 4 Terminus probatorij, licet sine arbitrij, coartari, restringi, ac prorogari à iudice valent.

C A P. Dilecti. I. Alex. III.

- 1 Terminus peremptorius si est nimis brevis in litibus, praesertim rerum Ecclesiasticarum, licet appellatur, & appellatio tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panorm. Ancl. Host. Bald. Butr. Henric. Melch. Kling. Cujac. Viu. in tit. 12. libri iur. Pontif. pag. 67. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 223. remissioe Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 10. de dolo, & contum. cap. 3. & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. p. 3. c. 5. ubi est integra facti species.
- 2 Ipsi iudices. Notatur ad hoc quod idem operatur timor grauius quod ipsum grauiamen, ut per Corset. sig. 173. verbo, metus.
- 3 In gloss. Nimis breuem, ibi, hoc relinquo arbitrio iudicis. Notatur ad hoc quod dilaciones sunt saepe naturae arbitrariae, ut per Conar. var. lib. 2. c. 1. n. 5. Tiraq. in l. si unquam, verbo, omnia, n. 33. C. de reuocandis donationib. Menoch. de arbit. casu 52. n. 5. Mench. ususfreq. c. 24. n. 12. Veltr. in praxi Romana Curia, lib. 4. c. 1. in fine. Franc. Viu. decis. 11. n. 9. Qzsch. Pedem decis. 12. n. 53. Camil. Borrel. in summa omnium decis. tit. 47. num. 52. Amat. Rodet. in praxi de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap. 7. num. 29. in fine, ubi resoluit quod licet termini probatorij sint arbitrij, coartari, restringi, ac prorogari à iudice valent, veluti attempta condicione, & qualitate personarum, & causae & locorum distantia.
- 4 In gloss. Peremptorium, ibi, unde quia nimis, &c. Vide Perez rubr. tit. 9. gloss. a pag. 218. col. 2. lib. 8. Ordin.

S V M M A R I V M.

- 1 Inductio deliberatoria non datur reo quando vocatus ad iudicium potuit instrui ex transmissio rescripto.
- 2 Index in scriptis citare debet.
- 3 Citationis relatio debet fieri à Nuntio sua manu confecta, & non per alium.
- 4 Citationem non esse factam probatur ex inspectione actorum.
- 5 Rescripti presentatio sufficit ex parte actoris, ut litis contestatio inducatur.
- 6 Citans aliquem, qui non sit suae iurisdictionis, ille comparere non tenetur.
- 7 Dilatione concessa per iudicem, illius officium conuiescit.

- 8 Dilatione pendente nihil innouandum.
- 9 Index non potest prorogare terminum legale certum.
- 10 Dilatio instantia à iure, vel statuto praefixa à partibus prorogari nequit.

C A P. Præterea. II.

Cælest. III.

Inductio ad deliberandum denegatur reo, si per literas citatorias plenè potuit instrui, & deliberare super eo, de quo queritur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panorm. Ancl. Host. Bald. Henric. Butr. Melch. Kling. Cujac. Viuian. in ration. secundum libri iur. Pontif. pag. 68. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 223. remissioe Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 4. c. 2.

Et in literis citatoriis. Notatur ad hoc quod index in scriptis citare debet, ut per Duen. reg. 93. vers. limita 1. Maranta de ordine iudic. p. 6. memb. 1. n. 75. Sic etiam relatio citationis debet fieri à nuntio sua manu confecta, & non per alium, Bajard. ad Clar. §. fin. 9. 1. n. 59. Mascard. de probationib. concl. 1115. n. 25. ubi resoluit quod ipso infirmo, vel impedito debet index ad eum mittere: & quia huiusmodi relatio in scriptis redigenda, de ea debet in actis constare, alias citatio esset nulla, nec qui diceretur citatus contumax reputaretur, Marant. de ordine iudic. p. 6. de citat. num. 55. & postquam in actis redacta, & scripta fuerit, eam amplius nuntius corrigere non valet, Cassan. in consuetud. Burgundiae, rubr. 1. §. 7. num. 31. fol. 77. verso. Unde ex inspectione actorum probatur citationem non esse factam, Sord. conf. 28. num. 115.

Sed procedendum potius est, &c. Ergo rescripti presentatio sufficit ex parte actoris, ut litis contestatio inducatur, quia text. disponit, quod post rescripti presentationem ad examinationem causae procedendum est, quae lite non contestata fieri non potest. Contrarium tamen verius attestantur omnes in presenti, sup. plentes hic libello prius oblato, lite contestata, & iuramento de calumnia praestito, alioqui contradicere textui in c. 1. de libelli oblat. refert Rendina re. sept. sent. rom. 1. tit. 70. in fine. Notatur ad hoc quod citans aliquem, qui non sit suae iurisdictionis, ille comparere non tenetur, nec contra eum, siue veniat, siue non, procedere potest, ut per Socin. reg. 69. & reg. 70. resoluit quod citans aliquem de sua iurisdictione, si ille non compareat, excommunicari potest, & alius in possessionem mitti.

In gloss. Plenè potuit ibi, & data dilacione indicis officium conuiescit. Notatur ad hoc quod dilacione concessa per iudicem illius officium conuiescit, Iaf. conf. 44. lib. 3. Anchar. conf. 36. col. 2. in fine. Cardin. Tusch. lib. D. concl. 441. a princ. ubi multipliciter ampliat, & limitat, nam dilacione pendente nihil innouandum. Anton. Gabr. lib. 1. sent. concl. 1. Lancelot. d. artem p. 2. c. 7. Mench. ususfreq. lib. 2. c. 27. per totum, ubi n. 11. ampliat etiam fauore libertatis, & n. 14. etiam si dilatio interpretatiue finita videatur, & n. 16. licet persona, cuius causa dilatio fit, de medio subducatur. Sic etiam in criminalibus data dilacione officium indicis conuiescit, ut nihil aduersus eum tentari pendente dilacione possit, ex Farinae. in praxi crimin. g. 9. n. 7. um. seqq.

In ead. gloss. ibi, non debet index maiorem dilacionem dare

10 dare. Ergo iudex non potest prorogare terminum legalem certum, Menoch. de arbit. casu 52. n. 6. Soar. recept. sentent. lit. D. n. 77. Sic etiam tempus, ac dilatio instantia à iure vel statuto præfixum à partibus prorogari nequit, Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit. 57. n. 61. Cardin. Tusch. lit. D. conclus. 445.

SYMMARIVM.

- 1 Inducia non deliberatoria danda non sunt declaratione verbi generalis, vel ambigui possunt in libello, si per expressa posuit reus deliberare super ambiguitate illa.
- 2 Emphyteuta cessando à solutione canonis an, & quando amittat usumfructum, remissum.
- 3 Emphyteus nobili concedi potest.
- 4 Dictio, ultra, refertur ad modicum tempus.

CAP. Literæ III. Honor. III.

- 1 Verbum aliquod generale, vel ambiguum ubi in libello reperitur, quod deinde declaratur, non ideo sunt petendæ novæ dilationes, nec si non concedantur, appellari potest, & hoc intelligunt quando per libellum satis bene potest deliberare reus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Host. Bald. Panorm. Anchar. Melch. Kling, Butr. Cujac. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 69. Alagon in compend. iur. Canon. pag. 223. remissum Ximeni in concord. p. 2.
- 2 Iam tribus annis.] An & quando emphyteuta cessando à solutione canonis amittat emphyteusum, dixi ad c. ult. in fr. de locato, super verbo, vel cessando à solutione canonis, &c.
- 3 Nobilibus verò, &c. Notatur ad hoc quod nobili potest concedi emphyteusis, ut per Tiraq. de nobilit. c. 57. n. 81.
- 4 Quod per hanc adiectionem, & ultra, &c.] Notatur ad hoc quod dictio, ultra, refertur ad modicum tempus, ut per Abb. hic n. 10. Octavian. Vulpel. de præposit. & adverbiorum signif. super dict. ultra, n. 3. Farin. de delictis p. 4. conf. 55. n. 42. Card. Tusch. tom. 2. lit. D. concl. 290. n. 10. quos refero ego ipse de dictionib. & clausul. dict. 573. n. 5. quibus adde Caltr. conf. 17. n. 3. p. 1. Corn. conf. 186. n. 6. volum. 4. Grat. de dictionib. dict. 287. n. 2. ubi n. 3. intelligit quando profertur à lege.

SYMMARIVM.

- 1 Citatus in causa ardua de longinquo vocatus pro publica utilitate etiam ad locum iudicij, ita quod infra terminum citationis deliberare, & alia sibi necessaria ad comparandum explicare non potuit, in termino respondere non cogitur, si reperitur in loco iudicij, sed habebit novam induciam.
- 2 Bituricensis Archiepiscopus est Primas.
- 3 Dilatio probatoria in causa civili est peremptoria.
- 4 Mora purgatio non admittitur elapso termino dilationis, seu legis, secus in casibus relictis.
- 5 Dilatio non currit nisi postquam fuerit assignata, inimitur parti, vel eius Advocato, seu procuratori.
- 6 Dilatio vni partium concessa, alteri sit communis, etiamsi concessa fuisset minori iure speciali per constitutionem in integrum.
- 7 Dilationi vnus remitti non potest in alterius iniuri præiudicium.
- 8 Charitativum subsidium Papa imponere potest.

9 Vocatus ad curiam per Principem non potest ibi citari, sed reuocandi domum privilegium habet.

CAP. Exposuit. IV.

Gregor. IX.

Quando quis vocatur ad respondendum suo adversario Romæ, cui dantur certæ induciæ, si interim vocatur Romam pro utilitate Sedis Apostolicæ non tenetur respondere illi causæ particula 1, sed potest reverti domum, & novæ induciæ sunt illi dandæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabarella. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, nania, Hostiensis Bald. Panorm. Henric. Boich, Melch. Kling, Butr. Anchar. Cujac. Viuian. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 69. Alagon in compend. iur. Canon. pag. 224. remissum Ximeni in concord. p. 1. & 2.

Vi super iure primatiae, &c.] Ergo Bituricensis Archiepiscopus est Primas, vide quæ dixi de officio, & potestate Episcopii, p. 1. tit. 3. c. 9. n. 9.

Quod et terminum peremptorium assignamus. Aduerte dilationem probatoriam in causa civili esse peremptoriam, vide Franc. Viuian. Nov. decis. 8. n. 33. Aym. conf. 97. sub num. 2. Thom. Trevisan. Veretia decis. 47. num. 1. & decis. 88. num. 3. & 4. tit. 1. Petr. Gregor. synag. iuris, lib. 48. cap. 8. num. 10. Myrsing. cent. 1. observ. 71. Cornaz Lucensis decis. 34. num. 1. Mascard. de probation. conclus. 517. num. 3. Surd. conf. 97. a. num. 16. Rutger. Ruland. tract. de commiss. p. 1. lib. 1. cap. 11. num. 10. Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit. 47. num. 20. cum seqq. cuius dilationis elapso termino mora purgatio non admittitur, ex Socin. reg. 3. n. incip. mora purgari, lim. 1. Surd. conf. 97. a. num. 16. quia mora non purgatur ubi lapsus est terminus legis, Surd. conf. 8. num. 9. cum quia cum quid faciendum est in termino, factum post terminum non releuat, Flamin. Carthar. ec. 85. n. 5. Camill. Borrell. d. tit. 47. num. 116. nisi impeditus fuerit facto adversarij, Marant. de ordine iudic. part. 5. num. 30. pag. mibi 226. Benedict. Capra tom. 1. communium opin. lib. 4. tit. 9. num. 272. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 3. proem. num. 40. cum seqq. vel facto iudicis, Mascard. de probation. concl. 1229. n. 89. cum seqq. & concl. 1236. num. 40. vel si steterunt in compromissum partes, Boër. decis. 294. num. 17. Lancelot. de arbit. part. 2. cap. 11. a. n. 34. Vel si incontinenti post terminum elapsum probatio offeratur, Tiraq. de retractu, tit. 2. §. 1. gloss. 5. num. 10. Rebuff. ad leges Gallie, tract. de dilationib. gloss. unica, num. 1. Menoch. remed. 1. recap. num. 241. cum seqq. Perez tit. 6. l. 5. Ordin. pag. 577. Vel si dilationis terminus fuit finitus durantibus feriis, quibus providendi non potuit, quia tunc debet in integrum restitui, ex Franc. Marco 9. §. 5. num. 2. Vel si testes inarunt in termino licet examinari fuerint post terminum, quando sumus in dilatione arbitraria data à iudice, secus in legali, Gutier. practice. lib. 1. g. 54. Alphons. à Villadieg. in gloss. l. 2. tit. 4. lib. 2. del fuero in 2. go, num. 3. & 4. Morl. in emporio iuris Civilis, part. 1. tit. 11. numer. 25. Amat. Roderic. de modo, & forma videndi, & examinandi processum, c. 7. num. 33. cum seqq. Camill. Borrell. d. tit. 47. numer. 117. quicquid dicat Surd. conf. 18. n. 16. Vel si probationes quæ intra certum tempus fieri debuerunt, admittæ sint post tempus adversario opponente, ut ex Hippol. in l. si quis ne questio, numero 91. ff. de quasi. resolut. Cald. Pereira de extinct. emphyt. c. 17. num. 10. vers. infero septimo.

Aduerte etiam dilationem non currere nisi postquam fuerit assignata, intimerur parti, vel eius Advocato, aut procuratori, Azeued. l. 2. n. 64. m. 18. lib. 4. noua recop. Gutier. alleg. 3. n. 9. & pract. lib. 3. q. 37. m. 10. Marant. d. p. sub tit. de dilationib. n. 14. Malfard. de probat. concl. 516. n. 6. Parlad lib. 2. verum quorid. c. fin. p. 5. §. 10. n. 19. Cur Philip. p. 1. §. 16. n. 6. quæ quidem dilatio vni partium concessa, alteri sit communis, etiam si concessa fuisset minori, iure speciali per restitutionem in integrum, Marant. d. tit. de dilat. n. 18. Ozale. Pedemont. decis. 97. n. 4. Vincent. de Franch. decis. 269. num. 3. Caualecan. p. 1. decis. 21. num. 8 p. 1. Cur. Philip. d. §. 16. num. 9. Petr. Gregor. d. cap. 8. num. 18. Gutier. practico. lib. 2. q. 32. num. 2. Cardof. in praxi iudic. cum verbo, dilatio, num. 8. Amat. Roderic. d. c. 7. num. 25. Cald. Pereira in l. si caratore, verbo, vel aduersarij dolo, n. 22. Camil. Borrel. d. tit. 47. num. 50. Menoch. conf. 367. num. 33. vbi num. 28. vers. primo, resoluit quod non est communis ei, qui iam probationibus renuntiavit, & num. 35. & 38. idem asserit vbi verosimiliter subornationis periculum in aduersario dilationem sibi committentem esse contendente, timeri posset.

Denique aduerte quod alter in alterius inuiti præiudicium huiusmodi dilationi renuntiare non potest, nisi daretur in fauorem minoris per restitutionem in integrum, quia si tunc minor renuntiat dilationi sibi concessæ, non potest aduersarius ea vti, Caualecan. d. decis. 21. num. 9. Perez. l. ult. in fine, tit. 5 lib. 3. Ordin. pag. 578. Soar. in thesauro recept. sentent. lit. D. num. 76. Gutier. d. q. 32. num. 3. Rutger. Ruland. d. lib. 2. cap. 9. numer. 6. Azeued. l. 3. num. 3. tit. 8. lib. 4. noua recop. Valasc. conf. 25. num. 11. vbi tenet quod si altera pars, cui dilatio restituitur ex iure speciali re integra dilationi renuntiet, tunc renuntiatio hæc obest aduersario.

Pro Ecclesia Romana subsidio.] Ergo Papa potest imponere charitativum subsidium, Boër. decis. 133. num. 1. Mench. illustr. c. 8. n. 3. Bellencin. de charitativo subsidio, q. 6. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 14. q. 5 in princ. Ego ipse de officio, & potest. Episcop. p. 3. alleg. 87. n. 22. vbi num. 24. cum Cochier de iurisdictione Ordinarij in exemptos, p. 4. q. 7. resolu. generalem exemptionem non censi eximere à subsidio per Papam imposito.

Dictus Burdegalen. vocatus, &c.] Notatur ad hoc quod vocatus ad Curiam per Principem non potest ibi citari, sed reuocandi domum priuilegium habet, Ordin. Regia Lusit. lib. 3. tit. 3. in princ. ibi, se à ella vejo chamado por nos, apud Castellanos l. 4. tit. 3. p. 3. ibi, ou se llamasse el Rey para alguna causa, optime D. Barbof. in l. 2. §. legatis, n. 277. & 285. ff. de iudic.

In gloss. Personaliter, ibi, cum quis personaliter vocatur, non sufficit mittere procuratorem. Vide Perez l. 8. gloss. 1. tit. 3. lib. 2. Ordin.



De Feriis.

TIT. IX.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panorm. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 93. Petr. de Rauenna in compend. iur. Canon. Martin. Mefnart in epitome Decretal. fol. 56. Dan. Venator in

analyfi methodica iuris Pontificij, à pag. 106. Goffred. & Hostienf. in summ. huius tituli. Alex. Cassan. & Anastaf. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decretal. Barthol. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. Zippæ. in in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag. 127. nouissimè Ioan. Honor. lib. 2. summ. in Decret. omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Lusit. lib. 3. tit. 18. vbi parens meus, & apud Castellanos l. 33. cum segg. tit. 2. p. 3. vbi Greg. Lopez, & tit. 5. lib. 2. for. leg. & tit. 7. lib. 3. Ordin. vbi Perez, Viu. Kirchon. & alij tom. 1. communium opin. lib. 3. tit. 16. Damhaud. in praxi Civilis cap. 119. de feriis, Lanfranc. de Oratio in praxi cap. 12. de feriis, Cotta in memorabilib. verbo ferie, Conar. var. lib. 4. cap. 16. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 30. Anastaf. Germon. de sacrorum immunit. c. 20. à princ. Donel. commentar. iuris Civilis, lib. 24. c. 7. Cardof. in praxi iudic. cum verbo, ferie, Petr. Gregor. syntagm. iuris, lib. 1. c. 16. Card. Casar Baron. annuum Ecclesie, tom. 1. anno Christi 58. pag. 629. Aloyf. Riccin collect. 124. Sigism. Scac. de iudic. lib. 2. c. 5. & 6. Christoph. de Pace in schol. ad l. 156. styli, Azor. instit. moral. p. 2. lib. 1. cap. 27. Carrasc. in interpret. ad aliquas leges recop. cap. 2. Soar. de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 2. de diebus festis. Vincent. Filliuc. tom. 2. tract. 27.

Ferie vnde dicantur inuenies apud Matrant. ad lib. 3. Offic. Ciceronis, fol. 162. Durand. in rationali diuinarum, lib. 7. c. 1. n. 11. Azor. d. c. 27.

S V M M A R I V M.

- 1 Diebus Dominicis mercari, litigari, iudicari, vel inuari non debet, sed de vespere in vespere debent celebrari.
- 2 Quæ die Dominica peracta sunt, ostenditur.
- 3 Festa quoad Officium incipiunt à vespere in vespere.
- 4 Circumstantia peccati mortalis commissi in die festo, an sit necessariò constituenda, ostenditur.
- 5 Nundinas, & mercatus prohibere possunt Episcopi Dominicis, & festiuis diebus.
- 6 Placiti nomine venit quelibet lis, iurgium causa forensis, quæ in iudicio agitur.
- 7 Pœna corporalis exequi non potest in die festo, nisi urgente necessitate, vel si imminet periculum in illicitu & etardatione.
- 8 Testes in diebus feriatis recipi non possunt.

CAP. Omnes dies. I.

Ex Conc. apud Compend. c. 2.

Dies Dominici à vespere in vespere seruari debent, ita ut in eis non fiat mercatum, placitum, iudicium, iuramentum, nisi pro pace, & necessitate, & tandem homines abstinere debent ab omni opere illicito. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Host. Anchar. Panorm. Barbat. Butr. Cujac. Viuian. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 71. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 224. remissimè Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 7. cap. 1. Burchard. lib. 2. Decret. c. 81. & Ino. p. 4. c. 16.

Dies Dominicos.] Dominicum diem Apostoli, & Apostolici viri ideo religiosa solemnitate habendum sanxerunt, quia, teste August. in serm. 251. de tempore, ipse dies Dominicus fuit primus dies sæculi, in